

Urbs Rome iam tandem nobis sese res offerunt. quibus
suam narrationem petentibus. seruatō breuitatis instituto sa-
tisfacere perimus: Hic Johannes Vitellius Alexandrinus
patriarcha et cardinalis et legatus: et patrimonij beati Pe-
tri gubernator: et ductor apostolici exercitus: qui fulgina-
tes: qui camerinos tyrannos: qui prefectum urbis: qui Lomi-
tem Anthonium piscinum: qui plures alios ecclesie insultantes
bello victos. neci dederat. dum pontem Libens quem sancti
Angeli vocant transire nititur in curiam copias traducen-
sus: Ab his qui molem Adriani custodiebant. repente iua-
sus. vulneratus capiteque in arcem rapitur: ubi paucis post
diebus. sine hausto veneno. sine ex vulnere vitam finivit:
Provinciam deinde suam sortitus est Ludovicus et ipse Car-
dinalis Aquilegensis patriarcha iam rebus gestis: et amicitia
pontificis late cognitus. qui pacatis in urbe rebus: Eugenio
reditum prepaavit: Lōprehenderat Romani Eugeniū. ac liber-
tatem asserentes apud sanctam Mariam in Trāssiberina re-
gione custodiebant. eumque cum deceptis custodibus per Libe-
rim nauigio fugeret iaculis ac sagittis perierat. fremebat
enim populus cum externis miles infestis armis Romanos
vastaret agros. hoies atque armenta surripiens. Sed cum
pluribus annis Eugeniū abfuisset. intellexerant et opulenti
cives et inopes Romani sine pontificis curia/nō tam urbes
quam vastam ac desertam speluncam videri: quibus ex rebus
missis ad eum legatis. ut in urbem suam rediret magnis pre-
cibus rogauere: Rediit ille nono postquam esugerat anno Nec
tam ignominiose pulsus fuerat. quam exceptus est gloriose.
fuit cum Francisco Sfortia: et in piceno de quo postea di-
cemus. in alijs locis piculosum bellum. quod per Ludovicum Car-
dinalem et Nicolaum picinum iam sibi reconciliatum confecit
Alfonso rege operam ferente/cogitauerat Franciscus Sfortia
Tudertinam urbem sibi amicam. Nam eius aliquando potitus
Clementi ciues impio reuerat: deinde Romam cum exercitu